

lit. 12. tit. 6. §. 298. ubi & ad l. 7. & 8. ff. de facti iur. respondit HBIN.

Magis ex distractu, quam ex contractu] Obligatio indebiti per errorem soluti non est ex contractu : nam omnis ex contractu obligatio est ex mutuo consensu & conventione. At neque qui in solum dat, eo animo est, ut accipientem sibi obliget; neque qui accipit, ut alteri obliget: sed datur & accipitur obligationis, quæ tubesse putatur, tollendæ causa. Verùm extra id quod agitur, tacite hæc obligatio nascitur, l. 13. in fin. commod. nimirum ex consensu ficto & præsumpto, & ideo quasi ex contractu; nam & qui solvit, interpretatione juris existimatur eo animo esse, ut si indebitum sit, accipientem ad restituendum obliget; & qui accipit ea conditione accipere ut nihil alienum injuria retineat: quæ res speciem quamdam contractus & negotii invicem gesti habet, l. si in area 33. de cond. ind. verum autem contractum non efficit, l. non omnis 19. de reb. cred. quod etiam ex eo intelligere licet, quod conditio indebiti non datur ultra, licet quocumque factus est qui accipit, l. si non fortem. 26. §. libertus. 12. de cond. ind. si verò ex contractu & conventione descendere, daretur in solidum. Illud paulo pinguius dicitur, accipientem obligari ex distractu: nam si esset ex distractu obligatus, ex quasi contractu non esset: quippe distractus & contractus nulla similitudo est, neque ex eo, quod verè & expresse agitur, hic nascitur obligatio, sed extra id tacite inducitur, ut jam ostensum est. Ac ne illud quidem verum est, ullum hic intervenire distractum, cum nulla præcedat obligatio, quæ distractatur: neque putandum, hoc Imperatorem sensitse, cuius mens factis plana est, hæc scilicet, cum, qui indebitum per errorem solum est, non obligari ex contractu: quoniam qui solvendi animo pecuniam dat, non hoc agit, ut accipientem sibi obliget, sed ut obligationem, qua te teneri falso putat, distractat & dissolvat: & qui accipit non ea mente esse, ut se obliget alteri, sed ut alterum, quem sibi obligatum existimat, ea obligatione liberet: quamquam neutrum revera fiat.

T E X T U S.

Quibus ex causis debitum solum non repetitur.

7. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solum sit: sic namque deservierunt veteres. Ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solum repeti non potest: veluti ex lege Aquilæ item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuique legata fuerant: nostra autem constitutio cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis induisset, hujusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit; sed non omnibus legatis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ vel religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur.

N O T Æ.

7. Repeti non potest] Quasi solum transactionis causa ad evitandum periculum dupli.

Ex quibus causis inficiando] Hoc est, ex quibus actio adversus consentientem in solum datur, adversus negantem in duplum, l. 23. §. pen. ad leg. Aqu. §. 26. inf. de act. Paul. 1. sent. 19. Item ex legato] Et tercio ex causa depositi miserabilis, l. 2. §. 1. & leg. dep. d. §. 16. inf. de cond. ind. aut dotis nomine datum est optione debiti, repetitur, l. 32. §. 2. eod.

Non repetuntur] Nam sublatâ falsâ opinionem, reliquitur pietatis causa, ex qua solum repeti non potest. Julian. l. 32. §. 2. de cond. ind.

C O M M E N T A R I U S.

1. Causa, ex quibus lis per inficiationem crescit.
2. Cur ex iis causis veteribus placuerit, indebitum per errorem solum repeti non possit?
3. Nonnulla etiâ causa, ex quibus indebitum errore solum non repetitur: & quid his moribus nostris?

Unt quædam causæ, ex quibus indebitum per errorem solum repeti non potest: cuiusmodi sunt illæ, in quibus lis seu actio per inficiationem crescit, hoc est, ex quibus actio adversus consentientem in solum datur, adversus negantem in duplum, l. inde Noratius. 32. §. pen. ad leg. Aquil. §. sed furti 26. inf. de act. Paul. 1. sent. 19. Crescit hoc modo lis per inficiationem tribus in causis uno loco comprehensis à Justiniano. d. §. sed furti 29. Primo in actione legis Aquilæ de danno dato, d. l. inde Noratius 23. §. pen. l. item veniant, 20. §. 4. de her. pet. l. §. 2. de sero. corr. Paul. d. loc. Deinde in actione depositi miserabilis, id est, quod tumultus, incendii, ruine, naufragii causa factum est, l. 1. §. 1. eod. seq. dep. Postremo in actione legatorum religionis aut pietatis intuitu relictorum, d. §. sed furti. 26. Ex his causis si quis per errorem solvit, quod non debet, ejus secur-

PER QUAS PERSONAS OBLIGATIO ACQUIRITUR.

ad definitionem veterum nullam repetitionem habet, l. 4. C. de cond. ind. & hoc text. Cujus rei ratio perbrevis est: nam manifestæ æquitas reclamare videtur. Non habeo, quod respondeam, nisi quod verisimile est, certis in causis receptum fuisse, ut interrogati in iure, si negarent, & mendacii convincerentur, in duplum irent: unde postea inducendum, ut qui ex his causis convenus solvisset quantumvis indebitum, non repeteret: quasi simpliciter ideo solvere, ne inficiando periculum dupli subiret, & ita quasi transgrediendo hoc periculum à se amovere voluerit. Oportet verò causam aliquam subesse, verbi gratia, damnum esse datum, licet forte non ab eo, qui convenitur, sed ab alio, legatum aliquod in pios usus relictum esse, legatum forte minus solemniter. Nam si nullum damnum datum sit, aut nihil relictum, putolocum esse repetitionis: quod etiam interpretes notant. Excipiuntur & aliæ causæ, ex quibus indebitum per errorem solum non repetitur, ut causa dotis, & transactionis. Quod dotis nomine solum est, puta à matre aut sorore, licet falsa opinione debiti, tamen pietatis ratio efficit, ut non repetatur, ut traditum est in l. cum si. 32. de cond. ind. Similiter quod transactionis causa datur, licet res nulla media fuerit, non repetitur, ne litres restituerent, l. in summa. 65. §. 1. eod. l. 2. C. de transact. Excipiunt & causam iudicatis; sed male, quoniam regula est de indebito soluto: at quod ex causa iudicatis solvitur, id vel maxime debi-

tum est: quippe quod etiam ab invito exigi potest; ut mirum non sit pecunie eis ea causa solutæ repetitionem non esse, vid. Cujac. par. C. de cond. ind. VINN. Magis expeditum est cessare conditionem indebiti in pœnis; l. 42. ff. de cond. ind. nec non in iis causis, ex quibus reconventionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, l. 51. ff. eod. cuius rei exemplum est in l. 33. eod. HBIN.

Per damnationem] In legatis per damnationem relichis olim lis inficiatione crescebat Paul. 1. sent. 19. quod in his legatis receptum fuisse videtur propter severitatem iudicii testatoris, hæredem suum dare damnantis, haud secus ac iudex reum convictum condemnat, quasi majori odio dignus sit qui inficiatur, quod testator tam enixè voluit, & severè impetravit, quam qui legatum simpliciter datum negat.

Nostri autem constitutio] Constitutione Justiniani, quæ extat in l. 2. comm. de legat. legatis omnibus & fideicommissis eadem natura attributa est. Illa autem constitutio, quæ jus, de quo hic agitur, ad legata & fideicommissa religionis aut pietatis causa relicta condidavit, non extat; & credibile est, Græcè scriptam interdidisse.

Religionis vel pietatis] Religionis intuitu quod relinquunt Ecclesiis, cœnobiiis, pietatis intuitu xenodochiis, nosocomiis, orphanotrophiis, &c. Nostris moribus jus hoc §. constitutum exolevit, nullaque lis crescit inficiando, Groenew. de leg. abrog. hii.

TITULUS VIGESIMUS NONUS.

PER QUAS PERSONAS OBLIGATIO ACQUIRITUR.

C. Lib. 4. Tit. 27.

Ratio ordinis.

T E X T U S.

De his qui sunt in potestate.

Expositis generibus obligationum, quæ ex contractu, vel quasi ex contractu nascuntur, admonendi sumus, acquiri nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt, veluti per servos & filios nostros: ut tamen quod per servos nostros nobis acquiritur, totum nostrum fiat, quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum, proprietatis & usufructus, quam nostra decrevit constitutio: ut quod

H h h h h 3

ab actione commodum perveniat, hujus usufructum quidem habeat pater, proprietatem autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellam nostram constitutionis divisionem.

NOTÆ.

¶ *Quod autem per liberos*] Quod ad personas, per quas acquiritur, causam acquirendi, & rerum qualitatem pertinet, domini & obligationis eadem ratio est.

¶ *Patre actionem movente*] Utopote qui non nudus sit fructuarius, sed simul etiam legitimus honorum administrator. Filii tamen consensus quoque adhibendus, nisi adhuc in prima ætate sit constitutus, l. ult. §. 3. C. d. tit.

¶ *Novella nostra constituit*] d. l. ult. Novellam vocat, eo quod lata est priore Codice jam edito. In summa sic habet. Ex castrensi & quasi castrensi peculio filius sibi pleno jure actiones acquirit, ex profecticio pleno jure patri, ex adventitio sibi proprietatem, patri usufructum.

COMMENTARIUS.

¶ *Elusi per servos*] Quemadmodum res ceteræ per servos nostros nobis acquiruntur, sic etiam obligationes, earumque jus integrum ac solidum ad dominium pertinet, l. 1. & passim de stip. serv. & sup. eodem tit. ubi de hoc explicatum est.

¶ *Quam novella decrevit constituit*] Theophilus dixerit, discrevit. Intelligit autem l. cum oportet. 6. C. de bon. qua lib. ubi ea omnia quæ peculii adventitii nomine continentur, ita partiuntur, ut eorum usufructum assignent patri, filio proprietatem. Peculii profecticio, castrensis & quasi castrensis quæ ratio sit, docetur §. 1. sup. per quas pers. enig. acq. Unde summatis illud intelligitur, ex castrensi & quasi castrensi peculio filium sibi pleno jure actiones acquirere, ex profecticio pleno jure patri, ex adventitio sibi proprietatem, patri usufructum.

¶ *Secundum novellam nostram*] Licet ex causa peculii adventitii filiosam proprietatem queratur, patri tantum usufructus. quod minus est; placet tamen, solum patrem actiones exercere, & excipere, utopote qui non nudus sit fructuarius, sed simul etiam legitimus honorum administrator. Adhibendus tamen est filii quoque consensus, nisi in prima ætate sit constitutus, vel longè abit, l. ult. §. ubi autem. 3. C. de bon. qua lib. quæ est illa novella constitutio, cujus huc meminit Justinianus. Novellam vocat, eo quod lata est priore Codice jam edito, qui solus tunc, cum Institutiones scriberentur, pro Codice erat. Nam constitutiones emisse post priorem Codicem, novellæ vocitate sunt ulque ad posteriores Codices, cui insertæ sunt, editionem; quemadmodum nunc constitutiones

promulgatæ post secundum Codicem Novellarum titulo circumferuntur.

TEXTUS.

De bona fide possessis.

1. Item per liberos homines & alienos servos, quos bona fide possidemus, acquiruntur nobis, sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra acquirunt.

De servo fructuario, vel usufruario.

2. Per eum quoque servum, in quo usufructum, vel usum habemus, acquiruntur ex duabus istis causis nobis acquiruntur.

NOTÆ.

1. Per liberos homines, &c.] Vid. sup. §. 4. per quas pers. enig. acq.

2. Vel usum] Abest à vetustis codicibus teste Accursi. & delendum. Constat enim ex operis servi, in quo nudum usum habemus, non aliter nobis acquiri, quam filii operis ejus utamur in re nostra l. 14. l. 16. §. 2. l. 20. de us. & habit.

COMMENTARIUS.

¶ *Tiam per eos, qui à nobis bona fide possidentur, sive liberi sint, sive servi alieni*] item per servos, in quibus usufructum habemus, obligatio nobis acquiritur; cæterum duabus dumtaxat ex causis, ex operis eorum, & ex re nostra. Sed & hoc pluribus explicavimus sub §. de is autem. 4. sup. per quas pers. enig. acq. ¶ *Vel usum*] Has voces à vetustis quibusdam codicibus abesse notat Accursi. & prohiberet delerentur. Nam sanè usufructus non idem jus habet quod fructuarius, ut ex utraque prædicta causa acquirat. Constat enim, ex operis servi, in quo nudum usum habemus, nobis non aliter acquiri, quam si operis ejus utamur in re nostra, l. per servum. 14. l. si ita. 16. §. 2. l. servus. 20. de us. & habit. vid. sup. §. 3. eod. tit.

TEXTUS.

De servo communi.

3. Communem servum pro dominica parte dominis acquirere certum est, excepto eo, quod nominatim uni stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli acquiri; veluti cum ita stipulatur, Titio domino meo dare spondes? Sed si domini unus iustus servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur; tamen post nostram decisio-

nem res expedita est, ut illi tantum acquiratur, qui hoc ei facere iussit, ut supra dictum est.

COMMENTARIUS.

¶ *Si servus communis sit plurium dominorum, & quibus & quatenus acquirat, dices ex §. ult. sup. de stip. serv. & ibi notat.*

¶ *Post nostram decisionem*] Est l. ult. C. per quas pers. nob. acq. ubi veterum super re proposita controversiam decidens sic in summa jubet; Cum unus ex dominis servum stipulari juberet, & is nominatim alteri domino stipulatur, si-

dem is, qui iussit servum stipulari, iussit specialiter, ut stipularetur sibi, seu suo jubentis nomine, statuit Justinianus, ut stipulatur acquiratur jubenti, ita ut hoc casu plus valeat iustus, quam nominatio: sin autem is, qui iussit servum stipulari, simpliciter iussit, hoc casu vult obligationem acquiri nominato; ut hic nominatio plus valeat, quam generatis iustus, cujus distinctionis meminisse debuerat Tribonianus. Quod si simpliciter ab uno stipulari iustus, simpliciter quoque, id est, nullo dominorum nominato, stipulatus fuerit, hunc casum apud veteres jus certum habuisse indicat, ut tunc ei soli acquiratur. qui iussit.

TITULUS TRIGESIMUS.

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

Dig. Lib. 4. Tit. 2. 3. 4. C. Lib. 8. Tit. 42. 43. 44.

Continuatio. Quibus modis aut ipso jure, aut per exceptionem tollatur obligatio?

¶ *Explicatum hæcenus, quibus modis obligatio contrahatur, utmodum nunc subiungitur, quomodo rectè ab initio constituta distrahatur, ejusque nexu debitor liberetur, quamquam & differri hæc tractatio potuit, donec de obligationibus quoque, quæ ex delicto vel quasi ex delicto nascuntur, præceptum esset. Modi distrahendarum obligationum multi sunt, quorum alii ipso jure liberant, alii per exceptionem seu tuitione prætoris. Ipso jure liberant solutio, acceptilatio, novatio, dissensus utriusque partis, interdum obligationis confusio, l. si scit. 75. l. pen. de solut. l. 7. C. de solut. debiti oblatio & consignatio, l. 9. C. de solut. compensatio, §. in bonæ. 30. inf. de act. duarum causarum lucrativarum in eandem rem & personam concursus, l. omnes. 17. de obl. & act. rei debite ante moram à debitore factam contingens interitus, l. si ex legati. 23. de verb. obl. & si quæ sunt generis ejusdem. Per exceptionem liberamur testamento, pacto, sententia, jurjurando, tempore, &c. De liberatione per exceptionem dicitur inf. lib. 4. tit. de except. Hic tantum traduntur modi, quibus obligatio perimitur ipso jure, atque ex his dumtaxat hi quatuor maximè celebres, solutio, acceptilatio, novatio, mutus consensus. Perloque alios data occasione alibi interpretati sumus.*

TEXTUS.

De solutione.

¶ *Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus, quod debetur; vel si quis consentiente creditore, aliud pro alio solverit. Nec interest, quis solvat, utrum ipse, qui debet, an*

¶ *alius pro eo: liberatur enim & alio solvente, sive sciente, sive ignorante debitore, vel invito eo solutio fiat. Item si reus solverit, etiam ille, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fidejussor solverit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.*

NOTÆ.

¶ *Quibus modis tollitur*] Ipso scilicet jure, de liberatione per exceptionem dicitur lib. 4. tit. de except.

¶ *Aliud pro alio*] l. 17. C. de solut. Invito autem creditore aliud pro alio solvi non potest, l. 2. §. 1. de reb. cred. Qui nummos in alia forma reddit, non videtur aliud pro alio solvere, arg. l. 1. de cont. empt. l. 65. §. 1. de verb. obl. Sci. 6. de ven. §. Pecuniam dicimus reddidisse, quamvis numeravimus pro argentei auro, &c.

¶ *Vel invito eo*] l. 23. l. 40. l. 53. de solut. quoniam & naturali & civili ratione licet conditionem alterius, quamvis ignorantis & invitæ, facere meliorem, l. 39. de neg. gest.

COMMENTARIUS.

1. Solutionis verbum quàm laud patent, & quid in specie dicitur?
2. Aliud pro alio invito creditore solvi non potest: consentiente autem posse, n. 8.
3. Quibus casibus estimatio aut aliud pro re debita rectè præstetur?
4. Ad justam solutionem requiri, ut solvatur simul & semel totum, quod debetur.
5. Confirmatur hæc sententia adversus opinionem Alciati, etiam patris solutionem invito creditore admittentis.

- 6 Respondetur ad argumenta, quibus moveatur Alciatus.
- 7 Interdum nec parte à volente creditore accepta pro ea parte liberationem contingere, & quando?
- 8 Licet antiquè pro debitore solvere, etiam ignorante & invito, ut ipso jure liberetur; cum remissione contrariarum.
- 9 Quia si creditor solvendo sit alio obligatus veluti accipere? Et quid si alius pro employtuta velit canonem solvere, quo sit pecuniam commisit evitè?
- 10 Fidejussore simpliciter solvente utrum reus ipso jure liberetur, an per exceptionem?

Tollitur omnis obligatio solutione] Primum modus, quo ipso jure obligatio tollitur, ex quo hinc hic propositus, est solutio. Solutio verbum generale est & speciale. Generaliter acceptum ad omnem liberationem quocumque modo factam pertinet, referturque tunc non tam ad rei, quæ in obligationem deducta est, præstationem, quam ad ipsius obligationis, quæ quavis liberatione tollitur, substantiam, l. solutionis. 54. de solut. junct. l. liberationis. 47. l. solutionis. 176. de verb. sign. Specialiter autem accepta vox solutionis unum tantum tollende obligationis modum denotat, naturalem scilicet, sive realem, ut nunc loquuntur, præstationem ejus, quod debetur. Itaque contra in hac significatione solutio ad rem debitam refertur, quæ cum præstatur, solvitur, id est, liberatur eo nexu, quo cum ipso debitor quodammodo tenebatur. Atque hoc modo accepta se jungitur solutio à satisfactione, & omnibus aliis modis, quibus citra numerationem aliamve naturalem rei debite præstationem liberatio contingit, l. solutum 45. l. satisfactio. 52. l. proest. 80. de solut. l. 9. §. 3. de pign. act. l. 4. §. 3. de re judic. & in hac speciali significatione etiam accipitur hoc loco. Ait, omnis obligatio, id est, cuiuscumque ea sit generis, aut quomodocumque contracta: quod non item in alias omnes species liberationis cadit.

2. Ejus quod debetur] Rectè ejus, quod debetur: nam aliud pro eo, quod debetur, invito creditore solvi non potest, ut sequatur liberatio, l. 2. §. 1. de reb. cred. l. eum. 16. C. de solut. veluti si pro pecunia debita certa species obtrudatur creditori, vel pro specie debita offeratur alia species aut speciei debite æstimato: vel si factum pro facto solvatur, l. qui res. 98. §. mibi. 6. de solut. Nummi quidem in alia forma reddi possunt, nisi hoc damnum sit creditori, l. creditorem. 99. sed hoc casu non intelligitur aliud pro alio solvi vid. sup. not. ad pr. quib. mod. re contr. obl. Sunt sanè nonnulli casus, quibus placet, debitorem posse æstimationem pro rei debita præstare. Sed hi singulares sunt: quippe in quibus necessitas hoc exprimit: veluti si res debita post moram perit, l. 8. de com. fact. aut extat quidem, sed aliena est, & cum dominus non vendit, l. si domus. 71. §. 3. de legat. 1. similemque rationem habet species 1. non amplius. 26. §. 2. eod. tit. Idem aliquando sua-

det & favor, ut in casu d. l. si domus. 71. §. 3. in fin. At verò extra hujusmodi casus & causas aliud pro re debita diffidente creditore non rectè solvitur, nisi forte debitor eam facultatem aliunde accepit. Veluti in causa noxali: ex qua cum solam damni æstimationem dominus debeat, per legem tamen noxæ deditio liberatur, l. 6. §. 1. de re judic. item in obligationibus faciendi: ubi si factum non est, quod fieri debuit, pecunia debitor incipit, sed tamen debitor ante litem contestatam faciendi liberatur; quoniam hanc potestatem ab initio ex conventionne accepit, l. stipulationis. 79. junct. l. si insulam. 54. de verb. oblig. Ad hæc sciendum est, ad justam solutionem requiri, ut solvatur simul & semel totum, quod debetur, utique si creditor desidens: natura enim obligationis postulat, ut eodem modo, quo quæque contracta est, dissolvatur, l. proest. 80. de solut. l. nihil. 35. de reg. jur. ac proinde non dissolvitur, nisi res inde debita ita præstetur, ut ab initio deberi cepit: cepit autem semel deberi tota, quæ obligationis conditio invito creditore mutari non potest. Sed quoniam hanc sententiam in dubium vocat & impugnat vir summi iudicii & auctoritatis And. Alciatus in l. quidem. 21. de reb. cred. contendens, creditorem etiam partem debiti, quæ offeratur, cogendum accipere, alioqui moram cum facere, & periculo rei obligatæ illigari: age paulò diligentius eam & explicemus & adstruamus. Ajo igitur, contra quàm existimat Alciatus: debitorem non posse partem rei debite solvere invito creditore. Quod si hæc habet sententiam, debitorem non posse partem debiti ita offerre, ut creditore reculente accipere, possit eam partem offerre & obligare hoc effectu, ut vel obligatione mora ejus; si que intercessit, purgetur, vel obligatione pro parte, quam obtulit liberetur: & quod idem fore valeat, ajo, si debitor ejus, quod totum ex aliqua causa debet, partem creditori offerat licet creditori eam partem non accipere impune, nullumque effectum hujus obligationis effectum. Confirmat hæc sententiam præter id, quod modo attuli: de natura obligationis & jure creditori inde quæsitio, quod respondetur, l. 3. fam. etc. & quotidiana experientia docet, partium solutionem multa incommoda habere, & ideo damnosam esse creditori. Jam verò constat, non posse quocumque creditorem accipere, quod aliter offeratur, quam obligatio contracta est, si ex ea re dampnam aliquò metuat, l. creditorem. 99. de solut. Consentit auctoritas Modestini l. autor. 41. §. 1. de usur. ubi disertè insinuat solvens respondet, debitore solum partem debiti obligantem, non retardari totius debiti usuram præstationem, nisi expressè cautum sit, ut liceret & partem ejus, quod acceptum est, solvere, ut in specie l. lect. 40. de reb. cred. Consentit & illud, quod Imp. rescribunt, l. 9. C. de solut. obligatione totius debiti solemniter facta liberationem contingere. Postremo, ita jus esse commune, vel ex eo intelligitur, quod jure singulari favore liber-

libertatis receptum est, ut heres cogatur per se partes accipere pecuniam, quam servus pro libertate dare iustus est, l. 4. §. 6. de statu lib. & quod in causis publiciarum pensionum, que pro fundis patrimonialibus præstantur, propria quævis consideratione particularis solutio admittitur, cum viginti quatuor vicibus totæ exsolvantur, l. penult. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. Non adversatur huic sententie, quod ratio compensationis pro parte obligationem tollit l. 5. C. de compens. l. 7. C. de solut. Nam compensatio auctoritate legum vim justæ solutionis, habet, id est, ejus, quæ facta est, volente creditore, atque ipso jure pro soluto est, quoad concurrentes quantitates, ex eo tempore, ex quo utrinque pecunia deberi cepit, l. 4. C. de compens. l. 4. l. 11. et seqq. n. eod. Neque textus in l. ult. quib. mod. pign. val. hyp. solv. ibi enim agitur de debitor ex diversis causis obligato, atque ex ea earum solidum, quod debet, offerente: nos verò querimus de uno debito & ex una causa. In contrarium quoque movit Alciatus, quod scriptum est in fine §. 1. h. t. id quod debetur, pro parte rectè solvi: sed bene vulgo hoc sic accipitur, l. creditor ad partis solutionem admittatur: ut & illud, quod traditur l. 1. §. 1. de verb. oblig. quædam obligationes partium præstationem recipere, nimirum naturæ suæ, ut pars rei in obligationem deducta præstari & a creditore accipi possit, ad differentiam earum, quæ natura divisionem non admittunt, ad quæ hæc disputatio pertinere non potest. Non omnia argumenta Alciati indigent refutatione: ipse textus in l. quidem 21. de reb. cred. quod præcipue movetur, nostrum potius sententiam juvat: nam cum Jurisconsultus certum tantum calum proponat, quo creditor partem ejus, quod petit, accipere cogitur, nempe cum debitor de reliquo, quod an debeatur, non apparet, paratus sit iudicio contendere, hoc ipso satis significat, regulam esse in contrarium. Eademque sententia est l. si pars har. per. Illud in confesso, nec parte à volente creditore accepta semper pro ea parte debitorem liberari; sed conditionem obligationis hic inspicendam esse. Si obligatio non solidum natura rei dividua est, sed etiam conditio sua, veluti si res una aut conjunctim plures, quæ divisionem admittunt, promissa sunt, liberatio pro parte contingit: sin minus, nisi toto soluto, l. 9. §. 1. l. si is cui 94. prima. de solut. l. 2. §. 1. de verb. obl. Conditio rei sua divisionem non recipiunt, quamvis alioquin rei natura sua dividua continent hæc tres; obligatio generis, debitorem partem rei solvendo pro ea parte non liberari, obstante nihilominus conditio obligationis, In stipulatione pæne hoc apertè efficit ipsa conditio, nequit aliud sine manifestâ injuria stipularibus constitui potest, l. 5. §. ult. de verb. obl. add. l. in auspicio. 85. eod. Ex duabus autem prioribus liberum quidem est debitori unam aliquam rem

ex promissis solvere, non autem duarum rerum partes, quod alias evenire possent, d. l. 2. §. 1. d. ult. d. l. 9. §. 1. de solut. In acceptatione pro parte accepto lata liberatio contingit, l. qui hominem 17. de accept. d. l. 2. §. 3. de verb. obl. An quod in idem debeatur, etiam ante idem rectè solvatur, dixi sub §. 2. sup. de verb. obl. Consistente creditore] Creditore consistente etiam res alia pro alia rectè solvitur, proficere: que reo ad liberationem non minus, quam si eadem res soluta esset, l. manifesti. 17. C. de solut. nempe creditori contento non aliam pro debita accepisse satisfactum est. Satisfactio autem certo jure pro solutione credit, l. satisfactio 52. de solut. Enim verò ita demum hic nascitur liberatio, si res soluta in solidum accipientis fiat, ut advocari non possit: alioqui & manet pristina obligatio & manet pro solido, etiam si pars tantum evidata fuerit, l. si quis aliam. 46. eod. tit. quod idem juris est in solutione ipsius rei debite, quæ propria fuit debitoris, l. si rem meam 20. l. cum quis. 38. §. 3. l. qui decem. 71. §. pen. eod.

Nec interfit quis solvat, &c.] Non tantum debitor ipse rectè solvit; sed etiam alius pro eo, ut ista solutio non minus liberetur, quam si ipse solvisset, l. manifesti. 17. C. de solut. Quinimo placet licere cuique pro debitor solvere etiam ignorante eo & invito, l. solutionis. 23. l. si pro. 40. l. solvere. 53. eod. idque naturalis simul & civilis ratio suavit, per quam licet contentio alterius, quamvis invitè aut ignorantis facere meliorem, l. solvendo. 59. de neg. gest. d. l. solvere. 53. de solut. Neque obstat, quod traditur in l. invito 69. de reg. jur. invitum beneficium non dari. Nam hoc vel ad beneficia, quæ à legibus conceduntur, referendum est, quibus ut nemo cogitur, l. pen. C. de pass. Vel eo sensu hoc dictum accipimus, quod si velud Lesbonici apud Plautum in Trinum. act. 3. sen. 2.

Nullum beneficium

Estè duo, quod cui facias, non placet. Item illud Seneca 2. de benef. 19. Non est beneficium accipere cogi: Non est beneficium d'bere, cui nolis. Est Theodorici Regis apud Cassi. l. 1. c. 4. epist. 39. Non est desensio, quæ præstat in vitis. Suspectum est, quod privantur no'entes, Rec. & alibi: Non est beneficium, quod præstatur invitis: nec cuiquam videtur vitio, quod adversa voluntate conceditur. Similiter nec pro beneficio reputandum erit, invitum & repugnantem liberari. Planè si consideremus animum benefacere volentis, & commodum, quod revera ad alium inde pervenit, non male beneficium etiam illud appellabimus, quod præstatur nolenti & invito Sic Seneca 5. de benef. 20. Non est, inquit, dubium, quin beneficium sit, etiam invito prædit. Idem lib. 6. c. 23. et 24. docet, beneficiorum maxima esse, quæ à parentibus accipimus: dum aut neficium aut nolimus.

Liberatur etiam & alio solvente] Et liberatur

non oportet exceptionis, sed ipso jure, perinde ac si ipse solvisset; ut ex hoc loco & præcitat. II. intelligitur: efficique hoc ipsum etiam manifestata ratio juris: nam cum creditor accipit, quod est in obligatione, necesse est, eam exigendi, ipsoque jure liberari debitorem. Nec advertatur l. 6. in fin. de dol. mal. exc. alius enim casus ibi proponitur, atque ab eo, de quo hic queritur, longè diversus, scilicet cum quis alii solvat, quam cui debebat. Igitur ad effectum liberationis, que debitori contingit à veteri obligatione, nihil interest, ipse solvat, an alius pro eo: nihil item, utrum alius solvat pro debitore sciente & volente, an pro ignorante, adeoque pro invito & vetante. Ad jus verò repetendi quod atinet, hoc interest, quod ejus, quod pro invito solvi, recuperandi causa nullam actionem habeat: quod solvi pro solvente, repetere possim actione mandati: quod pro ignorante, actione negotiorum gestorum, l. 6. §. 2. l. ex mandato. 20. §. 1. si pro. 40. mand. l. ult. C. de neg. gest.

ED Ignorante debitore vel invito.] Sed quid si creditor hoc casu solutionem ab extraneo obtinere recuset accipere, nonne audiendus erit? Minime, quia nihil ejus interest, quis solvat: & quod jure cuique facere licet, id etiam licet creditore invito. Non cogitur quidem creditor accipere; nam nec ipso quidem debitore offerente cogetur: sed quod debitor hic facere potest, idem potest & extraneus, pecuniam scilicet obtinam obignare & deponere, que obignatio pro solutione cedit, l. 9. C. de solut. Planè si creditoris interitus solutionem ab alio obtinam non recipere, puto reculantem audiendum esse: & ideo, quod quidam existimaverunt, etiam emphyteutæ ad evitandum pecuniam commissi prodesse solutionem ab alio etiam proprio nomine, quamvis nullo jure obstricto, factam, si forte solvens jus pignoris in re emphyteutica sibi constitutum conservare velit, (quippe quod resolutio jure emphyteutæ & ipsum evanesceret, l. lex vestigial. 31. de pignor.) argum. l. 12. §. 2. vers. non solum, de usufr. & d. l. 31. de pignor. simpliciter probandum non est; sed tunc demum, ubi dominus ultro eam solutionem admittit, nam si recuset accipere, non dubito, quin id jure faciat: quoniam pro solutionem non ex voluntate emphyteutæ factam non recognoscitur dominus, ut oportet, ab ipso emphyteuta, neque potest quilibet conditionem alterius deteriorem facere, l. solvendo 39. de neg. gest. Ita sentio cum D. Tuld. comm. hic §. 1. Planè, si res emphyteutica ad tertium pervenerit, qui canonem solvit tanquam emphyteuta, magis est, ut solutio vero emphyteutæ profit. Ad. Jaf. in l. 2. C. de jur. emp. col. 20. n. 25. Tirac. de retrac. gentil. §. 36. gloss. 2. num. 19. add. D. Bachov. lib. 5. d. pign. 6. l. 3. n. 3. & in Truelt. vol. 2. disp. 29. 168. 3.

Qui pro se intervenerint.] Ut puta fidejussoribus & mandatores. Sed & relique accessiones libe-

ratur, ut pignora & hypothecæ, l. in omnibus. 43. de solut. Ratio perspicua est, quia sublata re principali, etiam ea, que accessionis locum obtinent, interdiciere necesse est.

Sed etiam reus.] Et igitur eodem quoque modo reus liberatur solvente fidejussore, quo fidejussor solvente reo, hoc est ipso itidem jure. De quo genere liberationis hic agitur. Interpretis vulgo id quidem admittunt, cum fidejussor expressè se solvere dicit nomine rei: ceterum si solvat simpliciter, quasi suo tum nomine solvere intelligatur, contendunt, reum ipso jure obligatum manere, & defendi dumtaxat per exceptionem doli mali, ne bis idem creditor conseqatur, arg. l. Papinianus. 28. mandat. Ego verò cum Giphantio & Bachovio fidejussoris & mandatoris diversam in proposito causam arbitror. Nempe fidejussor ipsam obligationem rei principalis in se suscipit, dum quod alius debet, fide sua esse jubet: ac proinde si solvat fidejussor, ea solutio non potest non intelligi facta ejusdem obligationis nomine, quam ideo tolli necesse est, & reum quoque principalem ipso jure liberari, secundum hunc textum. Ant. Fab. C. suo desin. 17. de fidejuss. Mandati vero alia ratio est: hoc enim nihil commune habet cum contractu creditoris, qui, verbi causa, meo mandato pecuniam creditit Titio. Ita, que nisi ego expressè nomine Titii solvero, ratio fœdatur, ut Titius non liberetur ipso jure: quoniam meo nomine ex causa mandati solvissè intelligitur; & ideo creditor adhuc actiones suas adversus debitorem mihi præstare & potest & debet, d. l. 28. mandat. l. Stichum. 95. §. 7. pen. de solut. quod secus est, si solutio facta sit à fidejussore, & in solvendo de cœdendis actionibus nihil cautum, l. fidejussoribus. 17. l. cum is. 36. l. ut fidejussor. 39. de fidejuss. l. Modestinus. 76. de solut. cum similibus. Vid. sup. §. si plures. 4. de fidejuss.

TEXTUS.

De acceptilatione.

1. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit se fieri, ut patiatu hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? & Titius respondeat, Habeo. Sed & Græcè post acceptilatio fieri; dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet: ἔχεις καὶ ὁμοίαν τὴν αὐτὴν; ἔγω γὰρ λέγω. Quo genere (ut diximus) tantum ea solvuntur obligationes, que ex verbis consistunt, non etiam cætera. Consentaneum enim visum est, verbis scilicet

obligationem alius posse verbis dissolvi. Sed & id, quod alia ex causa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolvi. Sicut etiam quod debetur pro parte rectè solvitur; ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.

NOTÆ.

1. Per acceptilationem.] Quæ est verborum conceptio, quibus creditor, cui verbis quid promissum est, rogatus à debitore, an id, quod illi debetur, acceptum ferat, respondet, sic acceptum ferre. Definitio Modest. l. 1. de accept. oblioritur est.

Consentaneum visum est.] l. 80. de solut. l. 35. de reg. jur. Planè si quod ex alia obligatione debetur, acceptilatum fuerit, proderit id debitori ad exceptionem, l. 19. de accept. Nam inutilis acceptilatio saltem vim pacti habet, d. l. 8. pr.

COMMENTARIUS.

- 1 Explicatur Modestiana acceptilationis definitio.
- 2 Traditur alia plenior & planior.
- 3 Acceptilationem non videri rectè dici speciem stipulationis.
- 4 Solutionis & acceptilationis communia & propria, & num. 7.
- 5 In forma acceptilationis que consideranda?
- 6 Materia seu objectum.

Etiam acceptilationem ipso jure tollitur obligatio. Acceptilatio definitore Modestino est liberatio per mutuam interrogationem, quo utriusque contingit ab eodem nexu absolutio, l. 1. de accept. Sed hæc Jurisconsulti definitio dura perlicet & absurda videtur; neque lanè immerito. Nam primum in acceptilatione uterque alterum mutuo non interrogat, sed debitor dumtaxat interrogat creditorem; deinde nec uterque per acceptilationem liberatur, sed solus debitor, qui & solus obligatus est. Sunt, qui hanc definitionem Modestini, propter illa verba, per mutuam interrogationem, accipientem existimant non de quavis acceptilatione, sed de ea tantum, quam præcedit novatio & stipulatio Aquiliana: quoniam hæc species sola mutua interrogatione consistit, in stipulatione Aquiliana debitor interrogatur, & interrogatur creditor; nec obstat, quod distincte sunt species, stipulatio Aquiliana, & acceptilatio, que illam perimit: ut enim verbo stipulationis Aquiliana & acceptilatio, que eam sequitur, significatur, l. 5. l. 1. de transact. l. 3. C. eod. ita acceptilationis verbo plerumque & eam, que præcedit, stipulationem adsignificari Cujac. §. obs. 36. Hosom. 3. obs. 18. Cæ-

terum probabilius non quidem judicio dicemus, Jurisconsultum abusive mutuam interrogationem appellasse, que in se quidem una est, sed mutam habet & subsequentem responsum, tanquam partem præcedentis interrogationis; ut definitio generaliter concepta, & in exorta tractationis de acceptilatione proposita, ad utramque speciem referatur, & tam simplicem, quam eam, que fit proposita stipulatione Aquiliana, complectatur. Quod autem Modestinus ait, per acceptilationem contingere utriusque ab eodem nexu abolitionem, id non passivè in persona utriusque accipi debet, sed passivè in persona debitoris, activè in persona creditoris; ut hæc sit sententia; acceptilatio est liberatio, que debitor absolvitur, & creditor absolvit, ab eodem nexu, quo debitor necitur, & creditor necitur. Plena & magis perspicua & definitio hæc est: acceptilatio est verborum conceptio, quibus creditor, cui verbis quid promissum est, rogatus à debitore an id, quod illi debetur, acceptum ferat, respondet, sese acceptum ferre liberandi ejus causa. Est verborum conceptio, quoniam verbis transigitur; id est, interrogatione & responso, certis verbis conceptis, que liberationi convenient, l. 1. Cod. de accept. qualia veteribus promiscuè usurpata sunt hæc, acceptum ferre, acceptum facere, acceptum habere, l. 6. l. 7. l. 13. §. 1. & deinceps, §§. & U. seq. eod. Hinc autem intelligimus, acceptilationem non fieri nullo contentu, si fieri autem ac liberare sine solutione. In quo differt ab epocha, que debitorum non liberat, nisi pecunia verò soluta sit, l. si accepto, 19. §. 1. eod. Reliqua definitionis materia & finem indicant, removenque hinc stipulationem, que quidem & ipsa verborum conceptio est, sed ad obligandum, non ad liberandum, comparata. Scio nonnullos acceptilationem speciem facere stipulationis: quibus stipulatio duplex est; una obligatoria, altera liberatoria (D. Tuld. dissolutio vocat) arg. l. si unus, 27. §. 2. de pacti. Sed neque veterum ului, neque fini stipulationis, neque notationi verbi convenit, distractum nomine stipulationis appellare: & verba hæc Jurisconsulti in d. l. 27. §. 2. Sicut tollitur stipulatio per stipulationem, non sint accipienda de acceptilatione, sed de stipulatione novandi causa interposita. Addit enim, si hoc factum est. Quæ verba auctores nostri usurpatè solent, cum de novatione, non cum de acceptilatione tractant, l. 2. l. 6. & pass. de novat. ita & D. Cujac. in d. l. 27. §. 2. de pacti. VINN. Sed ego nihil causæ video, cur acceptilatio stipulatio dici nequeat, sive finem, sive originem, sive formam spectes, rectè hoc nomen ferat. Finis est, ut caveamus nobis, vel ut securiores finis de promissione alterius, l. 1. §. 4. ff. de stip. præst. Hic vero alter nobis promittit liberationem, & ut de ea securiores finis solemini interrogatione utimur. Origo vocis stipulatio à stipulo, id est, firmo, non abluat à fine accep-

pilationis: nec forma hic alia quam in stipulatione, nempe interrogatio, quæ ita essentiam stipulationis absolvit, ut veteribus stipulatio interrogations nomine veniat. Sanè in Glossariis veteribus id vocatur *impòsitiò*, vel *capitò*, in *2. d. d. ipu. v. n. ad Sen. de Benef. lib. 11. c. 15.* Admodum dilatum est, quod stipulatio ad obligandum non ad liberandum sit comparata. Quasi enim, qui liberationem promittit, non tenebitur ad non petendum. Et quomodo dici potest per acceptationem eodem modo obligationem dissolvi, quo contrahatur, si stipulatione non dissolvitur? Hinc.

4. *Imaginaria solutio*] Solutio naturaliter obligationem resolvit: acceptatio civiliter, *l. p. de solut.* nam in solutione debitor aliquando ipse & actu præstat, in acceptatione nihil: sed tamen quali præstitit, liberatur, & acceptatio solutioni comparatur, *l. 7. §. 1. de lib. leg.* adeoque imaginem solutionis gerit: nam qui accepto fert, ut a debitore liberat, quasi sibi solutum esset: unde acceptatio exemplo solutionis liberare dicitur, *l. 5. de accept.* & veluti solvit videri, cui accepto latum est, *l. 16. eod.* Pertinet autem hæc comparatio ad effectum liberationis, non ad potestatem liberandi. Etenim in solutum accipiendi tam extraneus quis, qui modo potestale creditoris in eo tatur, quam ipse creditor debitorem liberat, *l. 13. l. 14. §. 1. de solut.* & contra debitor liberatur, non modo si ipse solvat, sed etiam si quis alius pro eo, quamvis ignorante & invito, ut dicitur *pr. huius sit.* At verb acceptatione nemo debitorum liberare potest, præterquam ipse creditor; nemo liberari, nisi ipse creditor per se: adeo ut nec pupillus per tutorem, nec dominus per procuratorem, licet interposito speciali mandato, liberentur, aut liberent, *l. 13. §. tutor. 10. l. p. de accept.* quoniam scilicet actus legitimi solemnitas per alium peragi non potest, *l. nemo 13. §. iunct. l. actus 77. de reg. jur.* Etenim quo recta nequit, eo obligatio via pervenitur, adhibito remedio novationis. Videlicet ut tutor pupilli, aut procurator speciale mandatam habens, domini obligationem novatione in se transferant; translataque deinde suo nomine acceptam ferant aut rogent, *d. l. 13. §. tutor. 10. & cave aliud colligas ex l. 3. eod. Cujac. 15. obs. 16.*

5. *Græ. & potest fieri*] Forma acceptationis est illa, quam supra exposui, verborum conceptio ad liberandum comparata. Itaque & verbum intervenire necesse est, & talia, quæ liberationi convenient. Et olim quidem hic actus, utpote civilis & legitimus, civilibus dumtaxat & legitimis verbis, ac proinde non nisi Latinis explicari potuit, sed postquam utilitatis causa acceptum fuit, ut acceptatio etiam cum peregrinis & juris civilis incapacibus rectè interponeretur, illud quoque admittendum fuit, ut interponi posset etiam peregrina lingua. Quod significat Ulpianus *l. 8. §. ult. de accept.*

ubi ait, *hoc iure nos uti, ut juris gentium sit acceptatio*, id est, ut etiam illi, qui civis non sunt accepto rogent & ferant. Unde mox, & *ideo puto*, inquit, & *Græcè posse acceptum fieri*, dicens hoc consequens ab illo antecedente. Atque hoc in acceptatione haud dubie exemplo stipulationis inductum, quæ & ipsa antea Latinis tantum verbis concipiatur: sed usu ejus peregrinis communicato, obtinuit, ut etiam lingua peregrina, id est, quavis alia, quam Latina, fieri posset, dummodo sensus congrueret, & uterque vel per se vel per verum interpretem linguam intellexeret, *l. 1. §. ult. de verb. obl. §. 1. sup. eod.* In forma acceptationis illud observandum, non concipiatur in diem aut sub conditione, aliqui nullius momenti erit. Quippe quæ exemplo solutionis liberare solet, *l. 4. & l. 5. de accept.* & actus est legitimus, ejus generis actus per temporis vel conditionis adjectionem vitantur, *l. adus. 77. de reg. jur.* Planè quod in diem aut sub conditione debetur, per acceptum ferri potest, quamvis eadem illa hinc acceptationis tacite infint, ac proinde non prius valeat, quam si conditio extiterit, aut dies venerit. Sed non nisi non est, ut ea non expressa non nocent, quæ aperte comprehensa vitium afferunt, *l. 12. de accept. d. l. actus. 77. de reg. jur. l. expressio. 195. eod.* Eleganter hæc explicat D. Brissonius *lib. 2. de solut. tit. de accepti.*

Quæ verbis consistunt, non etiam cetera] Materia live res, quæ in acceptationem deducta potest, & debitum verbis antea contractum. Primum ut valeat acceptatio, debent esse oportet, quod acceptum rogatur & feratur: si aliud, quam quod debetur & revera est in obligatione, acceptum rogatum aut latum fuerit, acceptatio inutilis est, nec inde liberatio nascitur, *l. 6. in fin. l. 13. §. 2. §. eum qui. 5. eod.* & hoc est, quod definitur in *l. 14. eod.* nisi contentiat acceptatio cum obligatione, & nisi verum sit, quod in acceptatione demonstratur, imperfectam esse liberationem; videlicet propter defectum materiæ; cui acceptatio seu liberatio applicatur: de quo vid. Joan. Wam. *cons. 1. cons. 73. num. 13.* Præter debitum autem si quid amplius adjectum, non vitium quidem acceptatio, sed adjectum nullius est momenti, *l. 15. eod.* Secundo id debitum solum acceptatione perimi potest, quod verbum contractum est, non alia obligatio: liquidem nature convenit, eodem genere eumquodque dissolvi, quo colligatum est: & ideo cum acceptatio verbis concipiatur, contentationem, iolas verborum obligationes acceptatione posse tolli, *l. 8. §. 3. eod. l. nihil. 35. de reg. jur. l. prout. 80. de solut.* Planè si, quod ex obligatione debetur, accepto latum fuerit, etsi hoc debitori ipso jure ad liberationem non proficit, pacti tamen conventi vel doli mali exceptione se tueri poterit. *l. si acceptatio. 19. de accept.* nam inutilem acceptationem saltem

vim pacti habere placuit, nisi quid aliud impleat, *l. 8. pr. eod.*

Quod ex alia causa debetur, potest in stipulationem deduci] Etsi debita, quæ non ex verborum obligatione veniunt, acceptatione directo tolli nequeunt, oblique tamen possunt, remedio novationis & stipulationis Aquiliana, per quam in verborum obligationem prius contractantur, ut obligatio jam verbis constans, mox verbis istidem dissolvitur; de quo mox plura.

Pro parte rectè solvitur] Intellige, contentatione creditoris: quæ de re abunde dictam in egegi *pr. huius sit.*

Pro parte debiti acceptatio fieri] Dum debitum sit, totum an pars accepto feratur, ad acceptationem nihil interest, *l. 9. l. 10. l. 13. §. 2. de accept.* & pro parte accepto lata contingit liberatio, quamvis alias obligatio conditione sua divisionem non admittat, *l. qui hominum. 17. eodem.* quod in solutione contra est, *l. 2. §. 1. de verb. obl. l. 9. §. 1. de solut.* delictum rationem superius indicavi. Illud monere planè superfluum est, si res in stipulationem deducta natura sua divisionem non recipiat, veluti servitus prædii, acceptationem in partem nullius esse momenti, *d. l. 13. §. 1. de accepti.*

TEXTUS.

De Aquiliana stipulatione acceptatione.

2. *Est autem prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptationem tollatur.* Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & à Gallo Aquiliana composita est: Quicquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet oportet, præfens in diemve, aut sub conditione: quarumcumque rerum mihi tecum actio est, quæve adversus te petitio, vel adversus te persecutio est eritve; quodve tu meum habes, tenes, possides, dolove malo fecisti, quo minus possides: quanti quæque eam rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spondit Numerius Nigidius. Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spondit, id haberetne à se acceptum Numerius Nigidius Aulo Agerium rogavit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

COMMENTARIUS.

Aquilus Gallus homo Jurisconsultissimus, ejus in formulis concipiendis singularis

quædam prudentia exciit, ut constat ex ea de dolo malo, quam Cicero *lib. 3. de Nat. esp. 30.* evericulum omnium multivarium appellat; & ea de posthumo nepote, vivo adhuc filio, hæc de instituto directo tolli stipulationum formulam prodidit, in quam quæ non verbis contractus essent obligationes translatæ, acceptatione debent perimerentur: quæ stipulatio ab auctore suo Aquiliana dicta est.

Renovat omnes obligationes] Et sic via est ratio, per quam usu acceptationis, per se aliqui angustus, & intra verborum obligationes contentans, dilatatur. Stipulationis Aquiliana frequens olim usus fuit in transactionibus, *l. 2. l. 4. l. 5. l. 15. de trans. l. 13. l. 4. C. eod.* Apud nos autem supervacua est; quoniam moribus hodiernis, ut alibi diximus, stipulationum solemnitas exolevit, pactaque nuda eandem vim habeant, quam stipulatio.

Ita composita est] Exhibetur hic ex Florentino *l. 18. §. 1. hoc sit.* Formula stipulationis novationis, uti ab ea Aquilio concepta est: sic autem est concepta, ut nobis præbeat certissimum anxie veterum in cautionibus componendis diligentæ argumentum, in qua ne quid omisum videretur, multa ex abundantia sunt adjecta Verba obiter excutiemus.

Quicquid te mihi ex quacunque causa] Causa negotium significat & obligationem, latiusque patet contractus: nam & ad eas obligationum species pertinet, quæ ex maleficio vel quasi ex maleficio proficuntur, *l. 9. de reb. cred.*

Dare facere] Sine conjunctione hæc proferri debent, ut præterea alia, veluti *visi frui, ire agere, dare legare*, &c. innum autem, omnem obligationem vel in dando vel in faciendo consistere.

Oportet, oportebitve, præfens, in diemve, aut sub conditione] Verbo oportet præfens tantum debitum demonstratur, *l. stipulatus. 76. §. 1. de verb. obl. verbo oportebitve etiam quod in diem aut sub conditione debetur: utrumque enim comprehendit, l. 8. de verb. sign. Hoc autem verbum oportet non ad facultatem iudicis, qui potest vel perit vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur, *l. 37. de verb. sign.**

Tecum actio, petitio, persecutio] Actio in personam est, petitio in rem; persecutio ad extraordinarias magistratuum cognitiones pertinet, *l. pecunia. 178. §. 2. de verb. sign.* Sentus ergo est, quicquid actione in personam consequi, vel vindicare, vel magistratu cognoscere extra ordinem persequi potest.

Quodve tu meum habes] Hæc abundant: ex superioribus enim satis intelligi poterit, cum fenum cuiusque sit, ejus vindicandi jus habet, *l. Quintus. 27. §. 2. de arr. arg. leg.*

Habes, tenes, possides] Teneat ad factum refert, possidere etiam ad ius. Habere dicitur & iure domini & iure possessionis & mera detentio, *l. habere. 188. de verb. sign. l. stipu.*

latio. 39. §. hac quoque 7. & 2. segg. de verb. obl. quamquam hæc distinctio non est perpetua.

Dolove malo fecisti, &c.] Dolus enim pro possessione est, semperque possidere intelligitur, qui dolo fecit, quominus possideat, l. parum. 150. l. ad en. 157. §. 1. de reg. jur. Cætera per se facta plana sunt. VINN. Adiciemus tamen & de verbis sequentibus nonnulla. Verba, *quantis quoque carum verum rei erit*, ad reales actiones spectant, in quas non minus quam in personales hæc stipulationem conceptam fuisse jam Vinnius observavit. Cùm itaque quod nostrum est, amplius nostrum fieri nequeat, adeoque rem nostram stipulari nobis non possumus, §. 2. *post. de inue. stipul.* l. 82. ff. de V. O. callidè Aquilius assilationem pro re stipulari nos iussit. Vocabula denique Aulus Agerius & Numerius, (vel ut apud Papiam. LL. *Mos & Rom. tit. 2. §. 6.* legitur Numidius) Nigidius in formulis iustitiam fuisse, illoque actorem, hoc reum significari consuevit, jam ad locum illum Parisioris notavit vir eximius Petr. Pithecius. HEIN.

TEXTUS. De Novatione.

3. Præterea novatione tollitur obligatio; veluti si id, quod tibi Sejus debebat, à Titio stipulatus sis. Nam interventus novæ personæ nova nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeo ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fueris. Quo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est. Non idem juris est, si à servo quis fuerit stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si in eadem persona sit, à qua postea stipulatus sit, demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit, forte si conditio aut fidejussor adiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adiciatur, novationem fieri, sic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem, si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem, cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat, per hoc autem dubium erat quando novandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc presumptiones alii in aliis casibus introducebant, ideo nostra processit constitutio, quæ apertissimè defini-

vit, tunc solum novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis conveniatur: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio, secundum nostræ constitutionis definitionem, & quem licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

NOTE.

3. Novatione tollitur obligatio] Sed ita, ut in locum sublata nova substituitur, l. 1. de novat. Fit autem hæc conversio verbis seu stipulatione. d. l. 1. §. 1. l. 2. l. 5. & pass. eodem. Inutilis fit] Non ratione formæ, sed effectus, ut exemplum subiectum declarat. Eadem ratio si expromissor non sit solvendo, prior tamen obligatio tollitur; etiam in casu delegationis: quia bonum nomen facit creditor admittens delegatum, l. 26. §. 2. mand.

COMMENTARIUS.

- 1 In novatione qua necessaria, & an aliter, quam per stipulationem præcedens obligatio novatur?
- 2 Vere novationis effectus.
- 3 Quot modis novatio fiat? ubi & de delegatione.
- 4 De novatione, quæ fit per litis contestationem: & quantum hæc differat à vera & voluntaria?
- 5 Quis effectus, si quis quod alius debet, à pupillo stipulatur sine tutoris auctoritate: & cur diversum sit à servo?
- 6 Si ab eodem debitore quis stipuletur, quando novatio fieri intelligatur?
- 7 Quid novi juri à Justiniano constitutum circa novationem? ubi multa notabilia.

Novatione quoque ipso jure obligatio tollitur: sed ita, ut in locum sublata alia nova substituitur: est enim novatio, prioris debiti in aliam obligationem conversio, l. 1. de novat. Fit hæc conversio verbis seu stipulatione, d. l. 1. §. 1. l. 2. l. 5. §. 7. l. 11. & pass. eod. l. 1. l. 3. l. 7. l. ult. C. de verb. l. 6. C. si cor. per. Ac si proinde in novatione hæc sunt necessaria, obligatio vetus, obligatio nova, & stipulatio, per quam illa in hæc transferatur. Vetus obligatio, qualicumque est, aut quomodocumque contracta, verbis novari potest, l. 1. de novat. nec memendum hic est, ne obisset regula juris de dissolvendis obligationibus, l. nihil 35. de reg. jur. Nam in novatione solutio quædam est, & quasi naturalis præstatio, l. 8. §. 3. ff. ad SC. Vell. qualis est, cum pro eo, quod debetur, præstatur aliud volenti creditori, l. 17. C. de solut. Novaque constituitur obligatio, utrum civiliter teneat, an naturaliter, ad novationem nihil interest, d. l. 1. in

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

sciendum est, qui loco de novatione, cui 4 hoc nomen per excellentiam & absolutè tribuitur. Est verò præter hæc, quæ stipulatione fit, & alia, quæ inducit litis contestatio, d. l. 11. §. 1. l. ultiam. 29. eod. l. 3. C. de usur. rei jud. nam & judicio constituitur, & velut nova inducitur obligatio iudicati, l. 3. §. 1. idem *scribitur*. 11. de pecul. Atque hæc quoque fit vel manente eodem reo, puta si ille ipse item contestetur & suo nomine suscipiat, vel persona rei mutata, si alius pro reo iudicium accipiat, sive mandatu illius, quæ species est delegationis; d. l. 11. §. 1. de novat. 27. de solut. Ceterum hæc species novationis superiori longè dissimilis est, & secundum quid tantum dicitur novatio fieri per litis contestationem, quatenus scilicet actio in iudicium deducta novas quasdam assumit qualitates; veluti quod tempore aut morte peritura fuisset, iudicio inclusa salva manet, & ad hæredes transmittitur, l. omnes 26. de obl. & act. §. 1. inf. de perp. & temp. act. & quia reo condemnato nova accedit actio iudicati, priore multo utilior, l. post rem. 56. de re jud. l. 4. C. de usur. rei jud. At enim verò per litis contestationem vel lententiam veteris actio non consumitur: per text. in l. fidejussores. 41. §. 1. de fidejuss. l. qui servum. 20. de inter. in jur. l. 2. C. de judic. arg. l. qui jurasse. 26. §. ult. l. 27. l. 29. §. 1. de iurjur. junct. l. cum qui. 30. in pr. eod. junct. l. 2. eod. l. 8. C. de reb. cred. & d. l. post rem. 56. de re jud. Et hinc est, quod commoda quoque prioris actionis creditor salva manent, l. 8. §. 3. de fidejuss. l. 13. §. 4. de sign. l. ultiam. 29. de novat. fac. l. non solet. 86. & seg. de reg. jur. Christin. vol. 4. dicit. 180. num. 2. Interpretet vulgo hæc novationis species sic distinguant, ut eam, quæ per stipulationem fit, voluntariam appellent: quæ iudicio accepto, necessariam: quæ iustitiam fundamentum est in d. ultiam 29. de novat.

Interventu novæ personæ] Non quæ aliena obligationi accedat adpromittendo; sed quæ alienam obligationem in se transferat expromittendo. Per adpromissionem & adpromissionem fidejussor intervenit; novatio per extipationem & expromissionem: unde per hæc prior obligatio extinguitur.

Licit posterior stipulatio inutilis] Non ratione formæ, sed effectus, ut exemplum subiectum declarat. Similiter etiam expromissor non sic solvendo, præcedens tamen obligatio tollitur, etiam in casu delegationis: quoniam, ut ait Paulus, bonum nomen promissoris scilicet videtur creditor, qui admittit debitorem delegatum, l. inter. 26. §. 2. mand.

A pupillo sine tutoris auctoritate] Pupillum sine tutoris auctoritate contractantem non obligari jure civili, nisi in quantum factus est locupletior, constat, l. 5. & 9. de auct. tut. Et tamen si ejus etatis sit, ut intelligat quod agitur, naturaliter saltem obligatur, ut demon-

stratum adducendum l. si mandatu 45. §. ult. mand. Tandem in contractibus, quæ solo consensu perficiuntur, hoc accidit, ut & nudus consensus contractum dissolvat, & alium ejusdem generis constituat, l. 7. §. adeo 6. de pact. l. pacta. 72. de contr. empt. Hodie sanè etiam simplicibus pactis novationes fieri solent, adeoque frequentius quam per stipulationem, utpote cujus solemnitas penè exolevit, ut post DD. in l. singularia. 15. de reb. cred. tradunt Wesemb. *hic*. Gudein lib. 3. de jur. noviss. c. 12. Præter hæc & animus novandi exigitur: nec enim aliter fit novatio, quam si hoc agatur, ut prior obligatio novetur, l. 2. in fin. l. 6. l. 8. §. 1. & ult. l. 28. de novat. l. 3. C. eod. de quo tamen fultus postea. Effectus novationis est, ut nova obligatio constituta prior perimatur, d. l. 1. eod. quæ res facit, ut etiam incommoda omnia, quæ prioris obligationis fuerant, simul evanescant: qualia sunt hæc: mora, facta, periculum interitus rei debite, pœna veteri obligatione promissa, auture ex eadem causa debite, privilegium, auture prioris actionis fuit, pignora debite & fidejussores, l. 8. l. si creditor. 15. l. novatione. 18. l. emptor. 27. l. ultiam. 29. de novat. l. in omnibus. 43. de solut. Planè si pignora prioris obligationis in novatione repetita fuerint, placet, creditor manere ordinem & prærogativam temporis, ut in his præferatur posteriori creditori, id est, cui eadem pignora postea licet ante novationem obligata sunt, l. 3. qui pot. in sign. & ibi Barr. Myfn. 1. obs. 59. Gall. 2. obs. 30. num. 10. Potest autem novatio dupliciter fieri, vel manente eodem debitore, vel persona debitoris mutata: priore casu novi aliquid adici debet, ut novatio facta intelligatur, hoc text. *vers. Sed si eadem persona*. Posteriore novatio fit, quod promissor priore debitor, alius, qui expromissor appellari solet, ut notatum sub titulo de fidejuss. locum ejus subit: veluti si Titius novationis causa promittat Sempronio, quod ei Sejus debet: sive id sua sponte Titius faciat, & vel ignorante vel novente debitore, l. 8. in fin. de novat. sive debitoris mandatu, quæ species novationis delegatio dicitur per metonymiam causæ, siquidem delegare hic est vide sua alium reum dare creditori, l. 11. eod. quæ delegatio inter elegantem quidem & delegatum nudo consensu fit, l. delegare. 17. eod. sed non perficitur, id est, novatio debiti non fit, nisi stipulanti creditori is, qui delegatus est, promiserit, l. 1. C. eod. Gall. 2. obs. 30. n. 8. Christin. vol. 4. dec. 180. n. 4. & 5. D. Tulden. *comm. hic. cap. 8.* Porro

fraximus sup. ad §. pupillus. 9. de inur. stip. & ideo quod hinc consequens est, si pupillus sine tutoris auctoritate, quod alius debet, stipulanti creditori novandi animo promiserit, prior obligatio jure novationis tollitur translatam in posteriorem naturalem: quippe sufficit ad novationem, quod posterior obligatio vel naturaliter teneat, l. 1. in pr. §. 1. de novat. Neque est contrarium, quod Paul. scribit in l. novatio 20. §. 1. eod. pupillum sine tutoris auctoritate non posse novare: neque enim hoc nos dicimus, posse pupillum, quod sibi ex aliqua causa debetur, in aliam obligationem abique tutoris auctoritate transferre, atque ita forte conditionem suam facere deteriorem, quod negat Paul. d. loc. sed hoc, pupillo sine tutoris auctoritate expromittente novari obligationem alienam eo effectu, ut prior debitor liberetur, quamvis sequens pupillo obligatio creditori inutilis sit, qua ad agendum inefficax: nimirum sibi imputare debet, quod alienam obligationem in pupillum transtulerit, quem sciebat, aut scire debebat, non aliter ex contractu civiliter obligari, quam interposita tutoris auctoritate, per l. qui cum alio. 19. de reg. jur.

Et posterior obligatio nulla est] Non simpliciter nulla: nam utique naturaliter tenet, l. 1. in fin. de novat. sed nulla dicitur, tum quia ad agendum inutilis, tum quia ne naturalis quidem obligatio effecta habet, quae quidem pupillo nocere possunt: qualia sunt, jus compensandi, soluti retinendi: quo etiam intuitu, quod pupillus sine auctoritate tutoris promisit, ne natura quidem deberi interdum dicitur, l. quod pupillus. 41. de cond. ind. quamvis revera naturaliter debeat, & incommoda ejus obligationis ad alios pertineant: qua de re uberius sub §. pupillus. 9. de inur. stip. Quod si nulla hic succederet obligatio, nulla etiam intelligeretur novatio fieri, sed prior obligatio maneret in suo statu, d. l. 1. per tot.

Non idem juris est, si d. seruo] Non quia servus ex contractu suo, si consensum spectemus, non obligetur naturaliter, l. 12. de cond. ind. l. 14. de obl. et act. sed quia jure civili non est idoneus expromissor, & omnino novationis, extra causam peculiarem, incapax, l. 20. §. 1. de pact. l. ult. b. r. Sunt enim quaedam causae, quas jus civile ita in servo improbat, ut si cum eo intervenierit, ne intervenisse quidem videantur: ac proinde nec dominum obligent de peculio, & de pecunia ex his causis soluta repeti possit: ejusmodi sunt, si servus pro libero se gerens iudicio conventus & condemnatus sit; si in arbitrium compromiserit, l. 3. §. si servus. 3. de peen. si cum conventur, iurjurandum adversario detulerit; l. 4. §. 2. d. r. si pro alio fidejussisset rem peculiarem non gerens; l. 3. §. si furtivam. 5. eod. r. l. servus. 19. §. seq. de fidejuss. & denique si expromiserit, aut alias obligationem non peculiarem novaverit, l. in per. sona 30. §. 1. de pact. l. ult. de novat. Quin etiam

quibusdam visam est, nec peculiarem obligationem servum novare posse, extra quam si liberam habeat peculii administrationem, ac ne tunc quidem expromittente accipiendo debitor rem peculiarem liberare: quae sententia probari videtur l. ult. de novat. junct. l. servus. 16. eod. l. fugitivus. 19. de solut. & facit l. servus. 20. cum l. seq. de iurejurand.

Si eadem persona sit, à quo postea stipuleris, etc.] Sententia hujus loci hæc esse videtur, si demum debitor sit, à quo postea stipuleris, & præcedens obligatio verbis quoque contracta, non aliter novationem fieri, quam si posteriore stipulatione aliquid novi comprehensum fuerit, conditio, aut dies, aut fidejussor adjectus, de tractus. Nam neque si alia persona intervenierit, hoc desideratur, neque si debitor prius ex alia causa descendat, quantumvis cum eodem debitor stipulatio postea fit, modo animus novandi adsit. Neque enim dubio, quin si decem à te stipulatus sim, quæ mihi verbi gratia ex causa mutui debebas, & tu promiseris, obligatio ex numeratione nata novetur, & transferatur in obligationem verborum; utique si de jure veteri queratur, arg. l. 6. §. 1. de novat.

Si conditio aut dies] Stipulatio etiam novationis causa non tantum purè, verum etiam conditione aut in diem concipi potest. Potest & quod sub conditione aut in diem debetur, purè novandi causa promitti: quo effectu, debebantur textus in l. 5. l. 8. §. 1. l. quævis. 14. per tot. l. novatio 25. l. si rem. 31. de novat. l. Julianam. 60 §. 1. de cond. ind. Latè & eleganter D. Briffonius lib. 2. de solut. tit. de nov.

Dubium erat, quando novandi animo] In omni quidem novatione etiam jure veteri animus novandi requirebatur, id est, nulla intelligebatur novatio fieri, nisi id actum esset; ut præcedens obligatio novaretur, l. 2. in fin. l. 8. §. 2. & ult. l. fundum. 28. de novat. l. 3. C. eod. Cæterum dubium erat, quando id actum videatur, & novandi animo in secundam obligationem itum: quo in dubio veteres decurrant ad conjecturas & præsumptiones: si nihil erat, ex quo animus novandi colligi posset, expressam requirebant conventionem, l. si sumptuam. 98. de verb. oblig. vid. D. Ant. Fab. 3. conj. 3. Justinian. verò, ut materiam litium praeclideret, in universum definitivè, non aliter novationem prioris obligationis fieri, quam si hoc ipsum inter contractantes expressum fuerit, le novandi animo & prioris obligationis tollendae causa posteriori interponere: alioquin & manifestè priusnam obligationem, & secundam ei accedere, l. ult. C. de novat. quæ est illa constitutio, cuius hæc meminit. Nihilominus tamen plerique adhuc admittendum censent, ut ex conjecturis urgentibus & manifestis novatio indicatur, utique si non ipso jure, saltem per exceptionem: easque sententia, licet verba constitutionis refragari videantur, multis in locis rece-

recepta est, ut rationi consentanea. Quid enim si posterior, obligatio quaedam repugnantia elidat priorem, & potius est, ut dicamus, Justinianum eas dumtaxat conjecturas tollere voluisse, quæ in universum veteres constituerant: quod genus sæpe fallit. Vid. Gail. 2. obs. 30. n. 1. & seq. Christ. vol. 4. decis. 150. num. 6. & seq. Tulden. Comm. hic. cap. 7. ubi etiam testatur legem illam Justiniani in Gallia usque abrogatam esse. Bartolus quoque in l. delegare. 11. de novat. existimat; eam non pertinere ad delegationem: quem sequuntur Zaf. in l. 15. n. 11. de reb. cred. Gail. d. loc. n. 9. Reulemb. parat. de novat. n. 8. Curia Holland. decis. 28. Et sanè illa legis verba, ut aliam personam adhibueris, vel mutaveris, commodè de persona fidejussoris explicari possunt; add. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 29. obs. 6.

Ut maneat ex utraque causa obligatio] Sicut jure veteri obligationes censebantur, l. 2. in fin. de novat. Cujus rei hic effectus est, quod creditur ex utraque obligatione agere possit; & quod in una deest, per aliam suppletur: item quod est posteriori obligationi adjecti sint novi fidejussores, non ob id tamen liberentur, qui pro prioribus intervenierant. Gail. d. loc. n. 5. & 6. Planè si ex una obligatione solum erit, altera quoque continuo tollitur, quia sunt obligationes manes rei, l. 7. §. ult. de novat.

TEXTUS.

De contrario consensu.

4. Hoc amplius ex obligationibus, quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur. Nam si Titius & Sejus inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Sejus haberet centum aureis; deinde re nondum sequuta (id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito) placuerit inter eos, ut discederet ab ea emptione & venditione, invicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut jam dictum est.

NOTÆ.

4. Re nondum sequuta] Id est, si nihil dum pretium sit eorum, quæ ex contractu præstiti debent: neque enim ut retro tradatur, quod jam datum est, nudo pacto obligatio constitui potest, d. l. 58. in fin. de pact. Vide infr. comment.

COMMENTARIUS.

1. Omnem naturalem obligationem ipso jure tolli nudo consensu.
2. Eodem modo re integra tolli et civiles nudi consensu, & honorariam pignoris.

Quædam obligationes ipso jure dissolvuntur solo & nudo partium consensu. Quo in genere est omnis obligatio naturalis, tum civiles ex, quæ solo consensu constant. De naturali obligatione traditum est, eam jure pacto ipso jure tolli, l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. de solut. quod nihil aliud est, quam tolli nudo consensu. Idem enim pactum, sicuti iustum conventionem dicimus in Gallia usque abrogatam esse. Bartolus quoque in l. delegare. 11. de novat. existimat; eam non pertinere ad delegationem: quem sequuntur Zaf. in l. 15. n. 11. de reb. cred. Gail. d. loc. n. 9. Reulemb. parat. de novat. n. 8. Curia Holland. decis. 28. Et sanè illa legis verba, ut aliam personam adhibueris, vel mutaveris, commodè de persona fidejussoris explicari possunt; add. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 29. obs. 6.

Ut maneat ex utraque causa obligatio] Sicut jure veteri obligationes censebantur, l. 2. in fin. de novat. Cujus rei hic effectus est, quod creditur ex utraque obligatione agere possit; & quod in una deest, per aliam suppletur: item quod est posteriori obligationi adjecti sint novi fidejussores, non ob id tamen liberentur, qui pro prioribus intervenierant. Gail. d. loc. n. 5. & 6. Planè si ex una obligatione solum erit, altera quoque continuo tollitur, quia sunt obligationes manes rei, l. 7. §. ult. de novat.

Quædam obligationes ipso jure dissolvuntur solo & nudo partium consensu. Quo in genere est omnis obligatio naturalis, tum civiles ex, quæ solo consensu constant. De naturali obligatione traditum est, eam jure pacto ipso jure tolli, l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. de solut. quod nihil aliud est, quam tolli nudo consensu. Idem enim pactum, sicuti iustum conventionem dicimus in Gallia usque abrogatam esse. Bartolus quoque in l. delegare. 11. de novat. existimat; eam non pertinere ad delegationem: quem sequuntur Zaf. in l. 15. n. 11. de reb. cred. Gail. d. loc. n. 9. Reulemb. parat. de novat. n. 8. Curia Holland. decis. 28. Et sanè illa legis verba, ut aliam personam adhibueris, vel mutaveris, commodè de persona fidejussoris explicari possunt; add. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 29. obs. 6.

Ut maneat ex utraque causa obligatio] Sicut jure veteri obligationes censebantur, l. 2. in fin. de novat. Cujus rei hic effectus est, quod creditur ex utraque obligatione agere possit; & quod in una deest, per aliam suppletur: item quod est posteriori obligationi adjecti sint novi fidejussores, non ob id tamen liberentur, qui pro prioribus intervenierant. Gail. d. loc. n. 5. & 6. Planè si ex una obligatione solum erit, altera quoque continuo tollitur, quia sunt obligationes manes rei, l. 7. §. ult. de novat.

Quædam obligationes ipso jure dissolvuntur solo & nudo partium consensu. Quo in genere est omnis obligatio naturalis, tum civiles ex, quæ solo consensu constant. De naturali obligatione traditum est, eam jure pacto ipso jure tolli, l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. de solut. quod nihil aliud est, quam tolli nudo consensu. Idem enim pactum, sicuti iustum conventionem dicimus in Gallia usque abrogatam esse. Bartolus quoque in l. delegare. 11. de novat. existimat; eam non pertinere ad delegationem: quem sequuntur Zaf. in l. 15. n. 11. de reb. cred. Gail. d. loc. n. 9. Reulemb. parat. de novat. n. 8. Curia Holland. decis. 28. Et sanè illa legis verba, ut aliam personam adhibueris, vel mutaveris, commodè de persona fidejussoris explicari possunt; add. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 29. obs. 6.

mittitur debitum principale, non de eo quod directo tendit ad dissolutionem pignoris. Vid. Neguz. tradit. de pign. part. 6. memb. 3. num. 3. Bachov. lib. 5. de pign. cau. 6. §. in comm. ad tit. de pact. c. de pact. resour. De furto & injuriis lex 11. tabularum pacifici permittit: que causa est, quod actiones quoque furti & injuriarum per pactum ipsum jure tolluntur, d. l. si eibi 17. §. de pact. junct. l. 6. l. 7. §. si paciscar. 14. in fin. eod.

Contraria voluntate] Id est, contraria conventionē, seu utriusque partis consensu, l. 1. C. quand. lic. ab emp. disc. unius enim voluntas ad dissolvendam obligationem non valet, l. 5. C. de obligat. et act. l. 3. C. de rese. vend. utique jure communi: nam quod mandatum & societas etiam unius voluntate dissolvantur, id proprio quodam jure in his contractibus receptum est, ut suis locis demonstravimus.

Re nondum secuta] L. 7. §. adeo. 6. de pact. l. 3. l. 5. §. 1. de rese. vend. quod alibi dicitur, re adhuc integra, l. ab emptione, §8. de pact. l. 1. et l. 2. C. quand. lic. ab emp. disc. id est, si nihil dum præstitum sit eorum, que ex contractu præstari debent; veluti in exemplo proposito, si neque res à venditore tradita, neque pretium ab emptore solutum sit. Nam si quid horum intervenerit, consensu amplius negotium resolvi nequit, nisi simul restituatur, que prius tradita erant: neque enim ut retro tradatur nudo pacto, obligatio constitui potest, d. l. ab emptione. §8. in fin. de pact. Arrharum verb. aut fidejussorum interventus non efficit, quominus res integra maneat, nudoque adhuc consensu possit ab obligatione recedi, l. 3. de rese. vend. l. 11. §. is qui. 6. de nū. emp. l. 2. C. quand. lic. ab emp. disc.

Finis Libri Tertii.



ARNOLDI
VINNII, J. C.
IN LIBRUM QUARTUM
INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM
COMMENTARIUS
ACADEMICUS ET FORENSIS.
CUM NOTIS AD TEXTUM.

TITULUS PRIMUS.
DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO
NASCUNTUR.

Dig. Lib. 47. Tit. 2. C. Lib. 6. Tit. 2.

Continuatio. Delictum quid, & quotuplex?



X quatuor causis obligationum, propositis §. ult. sup. de oblig. duæ superiore libro tertio exposite sunt: contractus, & quasi contractus: duæ reliquæ, maleficium videlicet, & quasi maleficium, partem quarti & ultimi occupaverunt Maleficium species est delicti. Delictum est omne factum illicitum, quod lege humana poenam meretur. Estque vel publicum, quod ad læsionem reipub. directo tendit, & publice in exemplum vindicatur, de quo genere est tit. ultimus hujus lib. vel privatum, quo offenduntur singuli, quibus inde obligatio & actio pecuniaria. Publica delicta proprie crimina; privata, maleficia appellantur: quamquam verbum criminis ad delicta privata quoque pertinet; quatenus scilicet & illa considerantur, ut societatem civilem & statum publicum turbantia: quod contingit sane sepe per consequentiam; & ideo extra ordinem etiam criminaliter de his agi potest, l. ult. de priv. d. l. ult. de furt. l. ult. de injur. Sed judicia criminalia huc non pertinent:

quippe in quibus non persequimur forensi aut civili actione, quod nobis, quibus nocium est, ex ea causa debetur; sed extra ordinem ad vindictam agimus, poenamque pro modo admitti arbitrio cognoscentis statuendam, sive corporalem sive pecuniariam, quæ sisco applicetur.

TEXTUS.

Continuatio & divisio obligationum ex delicto.

Cum sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, & quasi ex contractu, sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, & quasi ex maleficio, dispiciamus. Sed illa quidem, ut suo loco tradidimus, in quatuor genera dividuntur: hæc vero unius generis sunt; nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria.